



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Responsio Abbatis Victoris solitarij ad monachum pusillanmem. Capvt
CLXIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

fenestram, vidi, quia leo erat. Dixi itaque senex-
 cur, pater, præbes illi manducare? Qui ait mihi:
 Quia illum monui, vt neminem læderet, neque
 hominem, neque iumentum, dicens: Veni quo-
 tidie, & dabo tibi cibum tuum. Et ecce iam septi-
 mushic mensis est, ex quo bis quotidie aduenit,
 & do illi manducare.

Rursum post paucos dies perrexi, ad eum, vo-
 lens ab illo emere vas vinarium, id quippe erat
 senis ² opus, & dixi ei: Quid est pater? Quomodo
 se habet leo? Et ait mihi: Male. Et dixi ad eum:
 Quare? Respondit: Præterita die venit huc, vt da-
 rem illi māducare, videns verò eius mentum san-
 guine infectum, dixi illi: Quid est? Inobediens
 fuisti mihi, & carnes māducasti, Benedictus Do-
 minus, non iam tribuo tibi, vt comedas cibum pa-
 trum, qui carnes comedisti. Recede. Ille verò dis-
 cedere nolebat. Tunc accepto funiculo, triplicans
 illum, tres illi plagas cum eo dedi, & recessit.

¹ Etiam bestijs imperant sancti viri

² Vide opus manuum.

*Responsio Abbatis Victoris solitarij ad monachum
 pusillanimum.*

CAPVT CLXIII.

Fater venit ad Abbatem Victorem solita-
 rium in monasterium Eluse, & dixit ei: Quid
 faciã, pater, quia dominatur mihi passio pu-
 sillanimitatis? Respondit senex Morbus animæ
 est. Sicut enim capti oculis quando magis patiū-
 tur, plus sibi videntur lumen intueri, qui verò sa-
 nos habent oculos modicum: ita & pusillanimes
 ex modica tentatione cito perturbantur, & mag-
 nam illam esse existimant: qui verò anima sani
 sunt, magis in tentationibus gaudent.